Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

consurgit omne illud quod emin&; Sicut ex occulta diuoluntate uo
catur homo ad participationē tantę gratiae. alius sic. alius autem sic;
Supereminentem uero scientiae caritatem xpi. eam p(er)fecto. ubi pax illa ē.
quae precellit omnem intellectum; Sed siue hoc in istis apostolicis uerbis.
&iam ille senserit euangelicus disputator. siue aliud aliquid fortasse
congruentius. uides tamen &iam hoc ni fallor a regula fidei non abhor
rere; Unde autem nunc agimus. propter contuitum spiritalem .,
Cum dixiss& qui cognouit quae sit latitudo. & longitudo. & altitudo
& p(ro)fundum. & super eminentem scientiae caritatem xpi. uidit & xpm.
uidit & patrem; Nec alicui tardissimo de corporis exclusione dicere
uidere&ur. nos enim in quid iam secundum carnem non nouimus xpm.
sed secundum spm. Sps enim ante faciem nostram xps dns. quod ait.
hoc loco nouimus. secundum fidem dixit quę nunc ē. Non secundum con
templationem qua &iam cernit; quia & illud nouimus quidquid fide non
ficta &iam si nondum p(er) speciem contuendo. iam tamen inconcusse cre
dendo re&inemus. Deniq: cum dixiss&. iam non secundum carnem
xpm nosse sicut apostolus ait. & addidiss& testimonium de p(ro)ph&a;
sps enim ante faciem nram xps dns. continuo subiecit; Qui nos in omnē
plenitudinem dī misericordia sua implere dign&ur. ut uideri possit
a nobis; Certe manifestum ē. quod illam notitiam ubi dixerat nouimus.
ex fide posuit. ex qua modo iustus uiuit. Non ex contemplatione qua
dnm uidebimus sicuti ē; Hanc enim sibi & nobis consequenter optauit.
futuramq: significauit dicendo; qui nos in omnem plenitudinem dī mi
sericordia sua implere dign&ur. ut uideri possit a nobis; Hanc ple
nitudinem dī. quidam in sermone apostoli. sic intellexerunt. ut
putarent nos hoc futuros omnino quod ds ē; Haec enim uerba sicut
recognoscis. apostolus posuit ita loquens; Cognoscere &iam super
eminentem scientiae caritatem xpi. ut impleamini in omnem ple
nitudinem dī; Quapropter si aliquid inquiunt minus quam ds ha
bebimus. & in aliquo minores erimus. quomodo implebimur